

I. Leuor conspectu uestro, A. quos
 intelligam, amore mei ductos, sic
 conuenisse, ut mecum in studio elo-
 quentiae nobilissima praestantissi-
 mo, elaboretis.

II. Video, quantum uobis debeam,
 tantoque acius ^{caritate} nitari, ut sic ue-
 stra in me beneuolentia singula-
 ri dignum me praestet.

III. Nihil autem opus est uerbosa
 commendatione. Eloquentiae,
 quam nemo uestrum ignorat, non
 utilem solum esse, sed etiam neces-
 sariam plane, cum rerum sci-
 entia, quam licet magna, parum
 nos inuenit, nisi, quod scimus,
 apte, distincte, ornate, expli-
 care possimus.

IV Praesens istius Eloquentiae usus in
 omnibus ^{et in} in sacris civilibusque re-
 bus, in omni aetate, omni so-
 minum ordine, ~~certatim~~, nec mi-
 nus in sentendo, quam dicendo,
 valet. Tantum refert, naturae dicitur, quo
~~semper~~ in omni vita cultus sit utendum.

V. quis nostra interest ut intelli-
gatis, quid a me uobis expe-ctan-
dit. Itaque si me geram, ut ni-
 hil uobis, nisi quod e re uestra sit,
 tradam, nihil tradam, nisi quod
 rationibus exemplisque illustribus
 confirmem. Nec uero Eloquentia
 modo Latina, sed etiam Germa-
 nica, uos exercebo, cum u-
 triusque rei iidem sint fontes,
 omnesque sua Exeritationes no-
 stras senestri spatio, diuina

fratris ope, ab ipsa.

VI.

Unum, pro mutua inter nos fide
a vobis petam, ut curae, ac di-
gentiae, quam vobis praestitimus
suis, pari benevolentia constan-
terque respondeatis.

IO. ERICO LEICHTIO

15. 35

S. P. D

IO. Wilhelmus Bergerus

Satis diu patientiam Vestram expertus sum,
 Optime, ac Doctissime, Leicisi, ut subire
 ar, ne voluntate Vestra erga me egre-
 gia, nimirum videar abusus. Sed partem
 culpae suae, uelim, tribuatis Mirato-
 rio, qui me uarietate rerum, quas tra-
 dit, adeo cepit, adeo detinuit, ut uix dum
 patuerim ab eius studio diuelli. Videbar
 enim eum coram audire, quem Mutinae
 quondam conueni saepius, humanitatis
 tam plenum, ut in Ducis sui Biblio-
 theca, cui praererat, potestatem nisi
 faueret, euoluendi uersandique Mem-
 branas antiquas, quoties, et quantum
 cunque, uellem. Conspexi tum apud
 eum ingentem copiam Diplomatum
 ueterum, miratusque sum laborem
 incredibilem, quo ille plurima scri-
 pserat, deinceps edenda. Minus
 ei conueniebat cum Iusto Fontanino.

cuius benevolentiam, Romae familiariter
cognitam, cum laudarem, Sane, aiebat,
desuisse sibi, denegatis uetustis Tabulis,
quas ab eo petisset. Sed Sane sibi iam
cturam fore nunc facilem, cum ex Am-
brosiana, et Tabulariis, Mediolanensi,
Veronensi, aliisque Italicis, arceperit
cumulate, quicquid optasset. Sic Mu-
ratorius, ut sibi addam, multum caloris
ostendebat, Sibernumque frigus despiciere
solebat. Negabat enim, se, capite aperto,
studere unquam posse. Itaque, aperto ca-
pite, in Museo, sedebat, suasque res a-
gere consueverat, ac, nobis hoc eius ro-
bur, tam insolitum, demirantibus, ami-
ce iroseque ridebat nostram mollitiem.
Caput, dicebat, satis calefcere, si
mentis, cuius in capite sedes sit, vis
intendatur. Haec Muratorius iucunde.
Vix autem ex Italis quonquam reperi,
qui moderationis esset ingenii, aequi-

oris animi, magis obuius et expositus,
 si quid peregrinis officij posset prae-
 stari, instructior denique ad memoriam
 aetatis intermediae explicandam. Pro
 inde laud inuicunda hominis, tam e-
 gregii, recordatione perfruar, et, siuis
 studio me, fateor, satari non potuisse.
 Sed ille, cum in praesenti ad Vos,
 saluus, uti spero, atque incolumis,
 rediit, afferat simul gratias amplis-
 simas, quas Vobis, Illustri maxi-
 me Masconio, Patrono Obser-
 uando, ita ago habeoque, ut me
 praedivem in contubernio Mura-
 torij, quod mihi benigne conce-
 sistis, magno fuisse beneficio affe-
 ctum. Vale. Dab. Vitemb. ipsis
 Calendis Maiis, A. 1717

XLVII

P.S. Programata
 quaedam, publico nomine
 a me confecta, si quo
 forte aperta vestra ea
 diuani uelitis.